



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto befreien die Pynnowschen der Stadt Osterburg gehörige Hufen von allen Abgaben, am 23. März 1281.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

eadem civitas jam prehabita cum nostris vasallis et hominibus circum sedentibus poterit protestari. In horum predictorum evidens testimonium presens scriptum, scribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione iussimus roborari. Huius rei testes sunt Dominus Gevert de Alvensleve noster Advocatus de Arneborg, et Zabellinus de Arneborg et quam plures alii fide digni. Datum in Arneborg, Anno Domini Dwsend twehe hundred achtentich, Decima quarta Kalend. Februarii.

Nach einer vom Kurfürsten Joachim II. i. J. 1540 erfolgten Bestätigung. Concept im Geh. Staatsarchive XXI, 211.

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto befreien die Pynnowschen der Stadt Osterburg gehörigen Hufen von allen Abgaben, am 23. März 1281.

Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, huius scripti tenore notum fieri cupimus universis tam presentibus quam futuris, ipsius continentiam percepturis, quod hereditatem omnium manforum, adjacentium ville Pynnou, site juxta civitatem Osterborch, ab omni exactione, angaria, parangaria et servitio, que nobis in eadem competeabant, omni modo habere velimus supportatam. Et ne ulli processu temporis super hec dubium aliquod valeat suboriri et malignari volentibus occasio tribuatur, presentem paginam de certa nostra scientia scriptam, sigillorum nostrorum appensionibus fecimus consignari, adhibitis nihilominus testibus subnotatis, ut Rudolpho et Johanne fratribus de Stemke, Wernero de Arneborg, Gernberto de Rurendorp, Czabello de Arneborch et aliis quam pluribus nostris militibus et vasallis. Datum Arneborch, anno gratie Dwsent twehe hundred Eyn vnd achtentig, Decimo Kalend. Aprilis.

Nach einer vom Kurfürsten Joachim II. im Jahre 1540 erfolgten Bestätigung. Geh. Staats-Archiv XXI, 211.

XVI. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen einem gewissen Bethmann den Zoll zu Osterburg und an andern an Uebergängen über die Biese gelegenen Orten, am 10. Januar 1287.

In nomine Domini Amen. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc literam cernentibus salutem in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi propter diversos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit, ut gesta hominum, ne evanescant a memoria, signis testium idoneis et scriptis authenticis solidentur. Nosse ergo presentibus literis presentes volumus posteros nec latere, quod fideli nostro Bethmanno, uxori eius Margarete et eorum heredibus veris, thelonium nostrum in Osterborch, in Gladegow, Rossow,